Citati existentes memorati Recognoscentes Gnosi Anna de Szumowo Grocholska, et Paulus atque Bartholomeus Grocholscy fratres inter se germani, mater cum filys, sive eorum successores, ad Instantiam praefati Magnifici Joannis a Szumowo Szumowski, Thesaurary curiae Regni, Opocznensis Capitanei, Vel eius posterorum, ad officium praesens Castrensis Capitaneatus Premysliensis, extunc recessu suprascripto, quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citatio nis termino semper peremptorio, stare, Iuri parere, respondere, Vadium praefatum luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit, et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes, causae eiusdem Terminos semper peremptorios, Vera infirmitate, pro maiori, minorennitate successorum, legatione intra Vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta, ad Iudicatorem, Vel alys quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea Vltra proximos officy praefati Castrensis Capitaneatus Premysliensis Terminos, Dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus, Vel triplicatis, Evasionibus, suspensionibus, fatalys Iuris, praescriptione Terri, bello, conventionesque, ac alys omnibus Iuris remedys, et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

619

ydem Eundem Quietant.

Comparentes personaliter, coram officio, et Actis praesentibus Castrensis Capitaneatus Premysliensis, Gnosi Anna de Szumowo,

olim Gnosi Petri Grocholski Corsovs derelicta Vidua, et Paulus atq Bartholomeus Grocholscy, fratres inter se germani, mater cum filys. Sani mentibus et corporibus existentes, à Terris, districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusuis proprys et competentibus recedendo, Psenti vero Castrensi Capitanli Premysliensi Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum successoribus, bonisq suis qbr omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atq subyciendo, palam, libere publice, ac per expressum recognouerunt, et quilibet illorum seorsim suo prointeresse recognouit. Quia ipsi Magnificum Joannem a Szumowo Szumowski Thesaurarium Curiae Regni, Opocznensem Capitaneum eiusq posteros, de summa Duorum Millium florenorum polonorum conditione speciali, Interaisal Cerca [illegible] supra scriptum olim Gnosum Grocholski, maritum et parentem sui Recognoscent, atq eundem Magnificum Curiae Regni Thesaurarium, de actu ipsius Sendomiriae feria sexta in Crastino festi omnium Sanctorum, Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Octauo confectae et conscriptae actisq Castrensibus Sendomiriensibus cum interpositione vady Quatuor-decem Millium florenorum polonorum roboratae (cuius Interaisal prietatio sub actu die hodierno fusius enarratae) ad soluendum assecurata, in Arenda bonorum Villae Vrzewice, iuxta contractum inter eundem Magnificum Thesaurarium Curiae Regni ab Vna et Gnosum olim Joannem a Szumowo Szumowski Tribunum Terrae Premysliensis parte ab altera, ratione bonorum suprascriptorum Villae Vrzewice de actu et data ipsius Premysliae Feria Tertia in Vigilia festi Sancti Laurenty Leuitae et Martyris Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Septimo conscriptum et subscriptum Actisq Officy praesentis cum interpositione Vady summae Quinque Millium florenorum polonorum roboratum prouenientis: tum et de eadem

ipsa Conditione Intercisss memoratis, eiusque scriptio ne Roboratoria quietant, emittunt, dimittunt, liberos et absolutam perpetuo pronunciant, Intercisam eandem cum omnibus illis contentis, eiusque Inscriptionem Roboratoriam in toto et per omnia cassant mortificant et annihilant praesentibus, Recognoscentes sibi summae memoratae duorum Millium florenorum polonicorum plenariam et sufficientem praestitam solutionem Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

M: Szumowski Thesaurarius Curiae Regni, Grocholskim, Matri cum Filijs Condescendit. 620

Comparens personaliter, Coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus, Magnificus Joannes a Szumowo Szumowski, Thesaurarius Curiae Regni, Opocznensis Capitaneus. Sanus mente et corpore existens, a Terris, districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum successoribus, bonisque suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, et subijciendo, palam libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro Iure sibi infrascripto, videlicet de summis inferius specificatis: prima quidem Viginti duorum Millium florenorum polonicalium, primum et originaliter, per Generosum Carolum Franciscum in Bialobloki Korniakt Generosis Christophoro, Alexandro, et Stanislao Buhinom Szpotom, Generosi olim Joannis Buhin Szpot filijs, fratribus inter se germanis, Coram Actis quibusuis